



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXIII. An Baptizandi sint infantes?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

impie repeti, & dari in necessitate peccatum esse nullum, aut veniale.

A D III. Concilium excipit casum necessitatis. Et Patres licere negant cum solennitate: hoc enim foret ludibrium, ut ait Epiphanius.

Q VÆ S T I O X X I I .

An baptizandi sint Infantes?

ANABAPTISTA primus ex Lutherano factus, anno 1. 27. teste Cobhæo in actis Lutheri, Baltasar Pacimontanus, demum Viennæ cematus; negavit, cum hereticis tempore S. Bernardi oortis, ac ab eodem refutatis Sam. 66. in Cantu & epist. 240. Nec velut baptizari quoniam ante XXX. etatis annum. Lutherus & Calvinus acriter in Anabaptistas conuicti exeruntur. Ministrorum in Transilvania duos communis confitentes liberos & ide, ut contra Trinitatem, Incarnationem, & Pœ. obaptismum.

E R A S M U S in prefat. p. aphrasis in Mattheum docet, baptizatos in infancia, ubi adoleuerint, interrogando, an ratum habeant quod in Baptismo promiserunt: si negent, liberos esse dimittendos. Transilvani adducunt argumenta, 6:

SVADENTIBUS. 1. Quia, de paedobaptismo nullum extat mandatum, seu preceptum in Scriptura. 2. Mandatum est prius Doceat. 3. Christus, Baptista, Paulus non baptizarunt infans. 4. Reprobri non sunt baptizandi, ne prophætetur sacramentum; at ister infantes multi sunt reprobri. 5. Infantes non credunt. 6. Cogit ad Baptismum est plus tubere Sacramento; quam par. 7. Non est articulus fidei paedobaptismus. 8. Si baptizandi ergo & communicandi sunt. 9. Non datus Baptismus absque penitentia. Mar. 1. Ad. 2. Nec sine oris confessione: hec non possunt infantes &c. Vide Bell. 1. de Baptismo c. 9.

A V T O R. Infantes sunt baptizandi. Ita Concilium Tridentinum sibi. 7. Can. 12. 13. 14. 1. Quia, infantes circumcidendi erant; at, Colof. 2. Circumcisio quidam Baptismus est. Luther. Caluinistis, concionalem formam requirentibus, Anabaptistæ negant iniuncta consequentiam. 2. Domini uniuersale edictum est, Ioann. 3: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* speciale;

Matth. 19. *Sinite parvulos ad me venire.* &c. Et verò, Luc. 18. Afferebant ad eum & infantes; quos amplexans benedixit. Caluinistis hoc argumentum est infirmum: quod negent Ioann. 3. agi de Baptismo. 3. Traditio Ecclesiæ perpetua custos est, sicutque paedobaptismi. Melanchthon in Loci, de Baptismo: hanc opponit in prima acie Anabaptistis. 4. Sic omnium retrò sacerdorum Patres tradiderunt: Concilia sanciuerunt: Pontifices definierunt. Et ratio euincit. Vide in Genealogia part. 3. quæst. 6.

D I C O A D I. Efficax hoc contra Luther. Caluinistis est, nil extra Scripturam credentes. Nobis, Traditione conformis est Scripturæ, & vincit.

A D II. Is ordo seruandus in conversione gentium erat: seruatque nunc Ecclesia in adultis.

A D III. Dicunt; docebunt nunquam. Ad Ioannem Iudeam omnis confluens, quin & infantes ac parvuli, quis negat? Ad Christum afferebant infantes. Paulus Stephanæ domum baptizauit: cur non & infantes:

A D IV. Sic nec adulti forent baptizandi. Validum argumentum est contra Luther. Caluinistis, qui volunt Baptismum esse diuinæ benevolentiae Sigillum.

A D V. Euincit contra Luther. caluinistis, requirentes fidem actualē in infantibus, ac sentire eos Spiritum Sanctum.

A D VI. Valide contra Caluinum: Nil ad nos.

A D VII. Est implicitè in Scriptura expressè in Traditione.

Ad VIII.



A D VIII. Dispar est ratio. Eucharistia est adultis solum necessaria: nec tamen necessitate Medii, ut Baptismus in infantibus. Idem de pœnitentia. &c.

Q V A E S T I O XXIV.

An, & qualis in padobaptismo requiritur Fides?

V T H E R V s lib. de Capt. Babyl. anno 1510, afferit: *Omnia Sacraenta ad Fidem alendam instituta.* Item: Non iustificant, nec profundunt quicquam; sed sola Fides. Item: Non implentur dum sumuntur dum creduntur. Demum ait: *Opponetur his Baptismus parvularum,* qd promissione Dei non habent; nec fidem habere possunt. Respondebat duo: 1. Infantes credere. 2. Acquirere fidem oratione Ecclesie, & fidem officientium eorum. Quia afferimus, prouisus non esse baptizandos, si verum est, in Baptismo non Credentes ne illudatur Maiestatis Sacramentum & Verbum. Imo ante Baptismum, dum exorcisantur, vult eis infundi fidem; quæ esse actualis debet, non habitualis.

Hinc tres coortæ sunt Sectæ. 1. Anabaptistarum: Infantes non esse baptizandos: quod non credant; imo reclamant; 2. Sacramentariorum: Esse baptizandos sed non requiri in eis fidem. 3. Mollium Luthe-ranorum: Esse baptizandos, & habere fidem ipsos. Sic anno 1516 Synodus Wittenberg apud Cochlaum l. 3. Miscell. tract. 8. c. 2. Estque communis; & sic exponunt: Eos habere aliquam actionem: Quam, nesciri; certum esse mores sanctos & nouos; inclinantes in fidem, similes motibus fidei.

S A C R A M E N T A R I I . sequuntur in hoc Lutherum: *Non requiri fidem:* Non sequuntur in fundamento; nam ex alio id colligunt: scilicet ex promissione factâ Abrahæ & semi-ni eius. Gen. 17. Lutherus eis huius præbuit occasionem, scribens anno 1518. contra Anabaptistas. *Nil interesse, siue credant, siue non credant: quod Baptismus non fundetur super fidem dantis, aut recipientis; sed super mandatum Dei.* Similia in hom. de Baptismo, anno 1537. & 1540.

Vnde C A L V I N V S Inst. l. 4. c. 16. sequi priorem Lutheri sententiam cupiebat; sed non audebat, §. 18. 19. Sic Beza, Confess. c. 4. art. 48. Martyr in 1. Cor. 1. & 7. Infantes non credere; recte tamen baptizari: quod ante

sancitificati essent, & membra Ecclesiæ facti per donum Electionis diuinæ, & factam parentibus promissionem in Abrahamo.

S V A S I O L V T H E R I . 1. Si non credenter, illade- resur Sacramentū sacrilego mendacio, dum respondeant pro infante; Credo. 2. Matth. 18. Qui standant, auerterit ònum de pusillis isti, qui in me credunt; iheri- dant. 3. Baptista exultauit in vice. Luc. 2. Neq; tur mirū si infantes habent nos motu. 4. Mat. 10. Ne quis acceperit regnum coelorum, sicut parvulus, non moubit in illud. Igitur oportet infantes accipere aliquam sp. Sancti operationem. At recipere non possunt fidem cum cognitione; ergo nouum motum sine cognitione.

A V T O R . I. Infantes non habent & cœtualem fidem. 1. Quia, id Luthe-rani nullâ docere possunt Scripturâ. Et. Dicit. 1. Ione v. 6. infantes non dignoscunt bonū à malo. 2. Quia, S. Patre sem sententiam reliquunt, vt Nazianzenus, ait, eos sine sensu sancitificationis sanctificari. August. epist. 57. ait, iniuriam fieri tensibus. Epist. 23. tract. 80. in Iean. 1. de Bap. c. 24. Eos non habere fidem, qui est in cogitatione: nec sensum fidei. Min-titur ergo Kemnitius, eandem Luther & Augustini assertens esse sententiam. 3. Fides ex auditu est, Rom. 10. ordinario modo: at si omnibus infantibus à Deo fides reuelaretur, iam tum & hoc est modus ordinarius, & infantes essent prophetæ. Minus autem per vim Verbi credunt, quia non intelligunt: estque hoc nouum ponere miraculum in auribus & mente infantium. Nec fides officium supplet; quia hi aliquando sunt omnes haereticici. 4. August. epist. 57. Quia, infantes obstrepunt Baptismo: si quo modo intellegent, reos te facient sacrilegii.

II. Non habent nouos motus, similes fidibus & sine cognitione. 1. Quia, de tali fidei nihil in Scriptura, quæ sit sine cognitione. 2. Repugnat rationi: Nam motus iij non